UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Agrippa co[n]fessore. Cap[itulum]. lxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

De ſctō Julio aphricano. Cap. lxxvij.

Julius aphrica
nus: inter hiſtoriographos
precipu⁹: vt ſcribit euſebius.
Alexādri et maximini ac gor
diani imperatorum fulſit tē
poribus: q̄ ſanctitate et ſapiētia iſignis fuit
ſcripſit enim ad ariſtidez de euangeliorum:
que videtur diſſonantia: et de genealogiis q̄
a mattheo et luca diuerſe referunt cōpoſuit
libruz. In quo ceterorū opiniones a veritate
diſcordes coarguit: et veriſſimā vtriuſqz coſo
nantia eſſe demonſtrat. Chronicorū de tem
poribus edidit libros: in quinqz volumini b⁹
diligenter admodū et ſtudioſe cōpoſitis. Ad
origenē ſcripſit epiſtola de eo quod in danie
le legitur de ſuſanna q̄ſi in hebreis nō hēa
tur codicibus: ad quā origenes elegātiſſime
reſpondēs ait: nequaꝗ̄ iudeorū adherēdum
fraudibus: ſed ſolū ꝙ ſeptuaginta iterpretes
ſcribunt ꝑ veritate tenēdū. Hic ſub antoni
no auguſto dormiuit in dn̄o. Hec hieronym⁹
de viris illuſtribus.

De ſctō Archiloco epō. Cap. lxxviij.

Archi
locus ſiue ar
chelaus me
ſopotāie epi
ſcopus tēpo
re probi ipe
ratoris floruit. Qui vita fu
it clarus ⁊ doctrina conſpi
cuus. Librum em̄ diſputato
rium aduerſus manicheū ſcripſit: in quo di
ſputationē ad ſenſuz cuz quodaz ex hereſi il
la ſecū habita ſyro ſermone explicauit. Qui
in grecuz tranſlatus a multis habetur. Hic
quoqz in eccl'ia ſua conditus in pace requie
ſcit. hec vbi ſupra.

De ſancto Agrippa cōfeſſore. Cap. lxxix.

Agrippa
cognomento ca
ſtorius confeſſor
ſanctus floruit
alexandrie tempore adria
ni imperatoris. Qui vir do
ctus et ſapiētia inſignis ad
uerſus. ccccxxiiij. baſilidis
heretici volumina q̄ in euan
gelijs confecerat ⁊ fidei no
ſtre veritati repugnabāt: fortiſſime ⁊ elegā
ti ſermone diſſeruit grandi libro catholicam
credulitatem defendens. Hic apud alexan
driaz non minoris vite ſanctitate ꝙ doctrine
veritate radians diem clauſit extremuz tem
poribus adriani imperatoris. hec hierony
mus libro de illuſtribus.

De ſancto Attico epō. Cap. lxxx.

Atticus conſtan
tinopolitanus epſ tempore ar
chadij imperatoris apud ipam
vrbem regiam clarus verbis et
operibus fulſit. Qui ad eiuſdē
principis filias de fide et virginitate egre
giū ſcripſit volumen. In quo neſtoriana dog
mata repugnauit. Et apud eandē ciuitatem
in chriſto quieſcit. hec gennadius.

De ſancto Bacchilo epō. Cap. lxxxi.

Bacchil⁹
corinthiorū epſ
de quo euſebius
eccleſiaſtice hi
ſtorie libro. v. cap. xxij. men
tionē facit apud ipſaz corin
thiorū ciuitatez claruit tem
pore ſeueri iperatoris. Qui
vir ſanctiſſim⁹ et ſapiētia ꝑ
fulgens inſigniter inter cetera doctrine ſue
opera: librorū elegantem de paſcha ex perſo
nis omniū epōrum: qui in achaia erant cōpo
ſuit et apud ipm̄ oppidū tumulatus in domi
no quieuit. Hec hieronymus.

De ſancto Pholcate epō. Cap. lxxxij.

Phol
cas epiſcop⁹
et martyr apō
egyptum paſ
ſus eſt ſub pſe
cutione maximiani iperato
ris. Hic egypti⁹ natione de
ciuitate tampnis: vir gene
re nobilis et opū non modi
carū: eiuſdem ciuitatis epā
tum hūiliter ſucceſſit. Qui ſapiētia illuſtris
volumen elegantiſſimū de martyrū laude cō
poſuit: de ſemetipſo in eorum nūero futuro
diuinitus vaticinās. Nam euz ebuliente ma
ximiani perſecutione ab infidelibus tentus
idolis immolare renuiſſet: pro chriſti confeſ
ſione capite truncat⁹ et apud eandē vrbem a
chriſtianis conditus eſt.

De ſancto Fetitio epō. Cap. lxxxiij.

Fetitius eduenſis
epiſcopus apō ipſaz floruit ciuitatē
Hic vita puriſſima ⁊ doctrina ful
gida fame in gallia celebris in canticis cāti
corū cōmētarios edidit inſignes: aduerſus
quoqz nouatianū grande cōpilauit volumen:
coſtantiniqz magni tēporibus in ipſa ciuita
te fatis terminum ponens tumulatus iacet.
Hec vbi ſupra.

P